RUPERTUS TUITIENSIS. LANFRANCUS CANTUARIENSIS. HIERONYMUS. ETC.
12. Jh. Seite 92r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift



audiuimus. et uidimus oculis nostris. quod perspeximus. et manus nostre
palpauerunt de uerbo uite. quae ab uniuersis ecclesiasticis et
eruditis uiris probatur. Reliquae autem duae quarum principium est
senior electae domine et filius eius. et sequens senior gaio karissimo
quem ego diligo in ueritate iohannis presbiteri asserunt. cuius et
hodie alterum sepulchrum apud ephesum ostenditur. Et
nonnulli putant duas memoratas eiusdem iohannis euangeliste
esse. Super qua re cum per ordinem ad papiam auditorem eius uen
tum fuerit disserimus. Quarto decimo igitur anno secunda post
neronem persecutione iubente domitiano in path
mos insula religatus scripsit apokalipsyn. quam inter
pretantur iustinus martyr et hyreneus. Interfecto
autem domiciano et actis eius obnimiam crudelitatem
a senatoribus scissis sub Ptinace redit ephesum.
ibique usque ad traianum principem perseuerans totasque
asyae fundauit rexitque ecclesias. et confectus senio. lxxxvo
octauo post passionem domini anno mortuus est. et iuxta
eandem urbem sepultus. x

HERMAS Cuius apostolus paulus ad romanos scribens
meminit. salutate flegontam. hermen patrabam.
herman. et qui cum eo sunt fratres. asserunt auctorem esse libri
qui appellatur pastor. et apud quasdam grecie ecclesias etiam
publice legitur. Reuera utilis liber. multique de eo
scriptorum ueterum usurpauere testimonia. sed apud la
tinos pene ignotus est. xi.

PHYLO Iudeus natione alexandrinus genere
sacerdos. idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos
ponitur. quod librum de prima marci euangeliste apud alexan